UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

tia. Et quamuis ex prædictis appareant reſoluta ea, quæ ſupra in contrarium fuerunt adducta, tamē ſpecialius reſpondendo dico, primum non obſtare, quia cūper do. Alexandrum non dicatur reſpectu domini Scipionis à ſententia appellatum, ut ſupra dictum fuit, ſequitur, ꝙ ex cōmiſſione exequutionis ſententiæ non dicitur aliquid appellatione pēdēte attentatum, quia reſpectu ſentētiæ, cuius exequutio cōmiſſa fuit, non dicitur appellatum, & ꝯñr inhibitio iudicis ſolum extenditur ad cām appellationis, ſeu querelæ ſibi commiſſam, & non ultra, & propterea non dicitur extendi quoad ſententiā, quatenus fuit lata ad fauorē do. Scipionis, ex quo ab illa nō dicitur eo reſpectu appellatum. Et † in dubio faciens actū intelligitur ſolum uelle illum facere, quatenus hēt ius faciendi, & non ultra, arg. eorum, quæ habentur per Bar. Alex.
7 & alios in l. ſi domus, in fi. ff. de lega. 1. † nā extra cām iudici delegato commiſſam ipſe dicitur priuatus, & nihil ut iudex exercere poteſt, arg. l. eum, qui, ff. de iuriſd. om. iud. & l. extra territorium, in fi. ff. eo. tit. ¶ Nō obſtat ſcd̄m arg. ꝗa † tex. in d. auth. quæ ſupplicatio, loquitur in caſu, in quo aliàs de iure appellari non poterat, & ſententia non obſtante appellatione poterat exequutioni mitti, ut quando præfectus prætorio iudicaſſet iuxta l. ſi quis, eo. tit & l. 1. C. de ſenten. præfec. præt. & l. 1. §. pen. ff. de offi. præfec. præto. & l. epale. C. de epiſ. aud. licet. n. appellari nequeat, tamē poteſt aduerſus talem ſentētiam querelari, & ſupplicari non ſolū infra decem dies, ſed etiam poſt, & qn̄ infra decem dies ſentētia nō poteſt interim exequutioni mādari, niſi data fideiuſſione, de qua in d. auth. quæ ſupplicatio, & per gl. in d. c. ex literis. Sed nos loquimur in caſu, in quo regulariter poteſt appellari à ſentētia, à qua ſi fuit appellatum, ſeu querelatū, cum ex forma ſtatutorum querela idem, quod appellatio operetur, licet pēdente appellatione, ſeu cā querelæ ſentētia non poſſit exequutioni mandari, nec aliquid in præiudicium cāæ appellationis innouari, ut in d. l. una, ff. nihil innoua. appell. penden. & not. in rub. extra de app. tamen hoc eſt uerum quādo, & quatenus fuit appellatum, ſeu querelatum, & non ultra. Sed in caſu noſtro à ſententia, quatenus continet commodum, & fauorē domini Scipionis, non fuit appellatū, ſeu querelatum, ut ſupra, ergo &c. ¶ Non obſtat ultimum, ꝙ quando totus tenor ſentētiæ fuit in appellatione expreſſus, dicitur à tota ſentētia appellatū, ſiue omnium aduerſariorum nomina fuerint in appellatione expreſſa, ſiue quorūdam tātum, ueluti ſupra dicebatur, quia reſpondetur hoc eſſe uerum, quādo appellans fuiſſet condēnatus pluribus ex una, eademq; cā, ſecus ſi ex diuerſis cauſis, & rationibus, ut plenius ſupra dictum fuit, & ideò ſuper hoc aliter non inſiſto.
9 Nec obſtat, † ſi diceretur, ꝙ ex illis uerbis poſitis in ſupplicatione, uidelicet & ab hmōi prætēſa ſentētia in dictis partibus contrariis &c. dicatur conſtare de mente domini Alexandri, ꝙ uoluerit appellare à tota ſentētia, & ſic etiam ab ea, quatenus contra eum lata fuit ad fauorem etiam domini Scipionis, arg. l. appellanti, in prin. ibiq; Bar. Ang. & alij. ff. de appella. Quia reſponderi poteſt, ut etiam ex prædictis maximè in tertio caſu colligitur, ꝙ à tota ſententia, & ab omnibus eius capitulis dicitur appellatum, ſiue ſimpliciter appellatum fuerit, ſiue faciendo mentionem de tota ſententia, & de omnibus eius capitulis, quādo uel non fuiſſent in appellatione expreſſa nomina eorum, in quorum fauorem ſententia lata eſſet, uel omnium nomina eſſent expreſſa, ſecus ſi quorūdam nomina eſſent expreſſa, & quorundam non, & cauſa non eſſet una, & eadem, ſed diuerſa, ueluti ſupra latius dictum fuit. Ex prædictis itaq; conſtat, ꝙ iuſtiſſimè excellentiſſimus do. Auditor commiſit exequutionem ſententiæ ad fauorem domini Scipionis contra do. Alexandrum, qui ſi uoluiſſet ſibi non præſcribi, nec currere tempus ad appellandum etiam reſpectu do. Scipionis, debebat etiam illius nomen in appellatione exprimere, quod cum non fecerit, dicitur reſpectu eius ſententiæ acquieuiſſe, d. §. ſed illud, & argumento c. quod ad conſultationem, de re iud. Et hæc pro nunc ſufficiant, quoniam res coram uiro doctiſſimo agitur. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Cauſa appell. coram Papa interpoſitæ corā quo cognoſci debeat. Cauſa inſtructa dici non poteſt coram eo, qui non eſt iudex.*
2 *Appellationis tempora currunt appellanti, & non appellato.*
3 *Appellationis tempora poßunt à iudice reſtringi quoad proſequendum, non autem quoad finiendam cauſam, nec iudex poteſt cauſam tanquam inſtructam in principio temporis, & fatalis expedire.*
4 *Inſtantiā à iure requiſitā habet etiam cauſa commiſſa ſummarie.*
5 *Cauſa non poteſt dici inſtructa, quando quoad alteram partem tātum eſſet in cauſa concluſum.*
6 *Inhibitione admiſſa, iudex, cui fuit inhibitum, non poteſt amplius ſe in cauſa illa intromittere.*
7 *De inhibitione facta quis cognoſcat.*
8 *De appellationis ualiditate, & deuolutione, uel econtra quis cognoſcat.*
9 *Appellatio interpoſita à procuratore non habente ſpeciale mandatum ad appellandum an ualeat.*
10 *Quid ſi ſtatutum loci pęnam indebite appellanti imponeret.*
11 *Appellari ad ſolū Papam omiſſo medio poteſt, ſed non ad alios.*
12 *Appellari poteſt, omiſſo medio, ſtante conſuetudine.*
13 *Appellari ad Papam, omiſſo medio, an poſſit, ſtatuto loci etiam iurato inducente; ut omiſſo medio nequeat appellari.*
14 *Quid ſi ſtatuta illius loci eßent generaliter à ſede apoſtolica confirmata.*
15 *Appellationi non dicitur renunciatum per eum, qui tractus ad iudicium ſe defendendo comparuit.*

EPITOME.

CASVM appellationis non eſſe tempore inhibitionis inſtructā adeò, ꝙ inhibitio iudici uolenti procedere obſiſtat ex cauſis hic poſitis demonſtratur.

Appellatio per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum interpoſita ꝙ ualeat etiam ſtatuto loci pœnam indebite appellanti imponente.

Et ad Papā omiſſo medio ꝙ poſſit appellari, nō obſtāte ſtatuto generaľr per ſedē apoſtolicā cōfirmato, quo cauetur, nō poſſe omiſſo medio appellari, hic hr̄.

CONSILIVM CXIIII.

CIRCA quatuor dubia mihi propoſita concluſiuè, ac quam breuiſſimè potero, quid ſentiam, exponam. Primum igitur dubium ex narratione facti exhibita elicitur, An ex quo cauſa appellationis ſuper poſſeſſorio eſt domino Benedicto commiſſa ſummariè, cuius cognitio, ac deciſio in puncto iuris conſiſtit, dicat̄ adeò inſtructa, ꝙ inhibitio ipſi domino Benedicto procedere uolenti non obſiſtat. Et non eſſe inſtructam re-
1 ſpondeo, quia † cum cauſa appellationis ad Papam interpoſitæ debuerit cognoſci coram Papa, uel eius commiſſario, hoc eſt coram R. D. Rotæ Auditore, ut in c. ſi duobus, & in c. ut noſtrum de appellat. cum ibi not. ea non potuit per inferiorem, hoc eſt per dominum Benedictum cognoſci, & conſequenter inſtructa dici non poteſt coram eo, qui non eſt iudex. Præterea cauſa non poteſt dici inſtructa quoad dominam Diamantem, cuius nomine, & ex cuius parte nihil fuit actitatum, neque proceſſum coram domino Benedicto aſſerto commiſſario, unde non poteſt dici cauſa inſtructa, cum pro parte dominæ

Diaman-

Diamantis nihil adhuc in ea fuerit productū,& mul-
ta ex parte ipſius fuiſſent producenda, & probanda
tàm in iure,quàm in facto,& præſertim ſuper cōſue-
tudine, ꝙ omiſſo medio poſſit ad Papam appellari.
Rurſus & ſi dominus Benedictus ante inhibitionem
potuerit de cā cognoſcere, tamen qūo cā adhuc pōt
dici corā eo inſtructa,cū oēs cāæ appellationis, quas
illuſtriſſimus do. Gubernator committit, habeāt ſua
tempora, ſuūq; certum fatale, uidelicet dies uiginti
utiles probatorios,& decem dies utiles deciſorios,ut
habetur in ſtatuto de appel. & tpe inhibitionis ſolū
tres dies probatorij cucurrerint,non ne decem & ſe-
ptem dies utiles probatorij, & decē deciſorij adhuc
ſupererant,infra quos pro parte dominæ Diamantis
2 appellantis cā inſtrui poterat? & † tempora appella-
tionis non currunt appellato, ſed appellanti,cui, &
ad cuius beneficium illa ſunt à iure aſſignata, c.cum
3 ſit, cum materia, de app. in tm̄,† ꝙ ſi iudex,q de ap-
pellatione cognoſcit,uellet in principio temporis,&
fatalis cām tanquam inſtructam expedire,nō poſſet,
licet.n.iudex ualeat tempus iuris appellanti reſtringe
re quoad proſequendam cām,non tamen quoad illā
finiendā,quia tempus à iure indultum non eſt alicui
auferendum,& ut uoluit Abb. in d.c.cum ſit,in 3.no-
tabili,& probatur, arg.c.oblatæ, de appe.arguendo à
ſpeciali in cā appellationis electionis, in qua iudex
appellationis pōt cām ante finē fatalis expedire ſta-
tim,quo eſſet inſtructa propter periculū,quod ex ua-
catione eccleſiæ imminet, ut in d.c.oblatæ, ergo re-
gulariter ante finem fatalis, & in principio temporis
dati ad proſequendum, & finiendum cauſam appel-
lationis iudex non poterit reſtringere tempus, infra
4 quod cauſa finiatur. Nec obſtat, † ꝙ cā fuerit cōmiſ-
ſa ſummariè,quia hoc non tollit, quin cā habeat in-
ſtantiam à iure requiſitā,ad tradita per Abb.in c.pen.
in fi.uer.de iudi.& per Alex.in conſi.50.in 2.uol.col.
5 pen.cū ſi.ibi per eum allegatis.& † quamuis ad inſtā-
tiam illorum de Volta facta fuiſſet monitio ad alle-
gandum, & ɔñr quoad ipſos in cā concluſum, ſeu cā
inſtructa dici poſſet,iuxta ea,quæ habentur in c.cum
dilectus, de fid.inſtrum. non tamen quo ad do. Dia-
mantem, quæ nihil produxit, nihilq; adhuc corā do.
Benedicto tempore inhibitionis fecerat.Nec uerum
eſt, ꝙ tempore inhibitionis fuiſſet facta, ſeu exequu-
ta citatio ad audiendam ſentētiam, ut nouit ipſe do.
Benedictus, quia ultima hora diei, immo de nocte
facta fuit citatio,& inhibitio iam ante per plures ho
6 ras,& de die facta fuerat.Præterea † ſi do.Benedictus
iudex, cui fuit inhibitū, tēpore inhibitionis admiſit,
& recepit inhibitionem, prout iam relatum eſt in cu
ria per relationem à tergo inhibitionis manu notarij
factam, qūo poteſt dici inhibitionem non obſtare?
profectò,ex quo do.Benedictus inhibitionē admiſit,
manus ſibi ligatæ dicuntur,ut non poſſit amplius in
cā procedere,nec in ea iudicare, argumēto c. Roma
na,§.ſin autem, cum ſequ. de app.in 6. c.non ſolum,
& c. cum appellationibus, c. ti.nam admittēdo inhi-
bitionem, illamq; recipiendo manus ſibi ligauit, ut
ibi:& ideò domini de Rota in deciſ.130.incip.ſi poſt,
& in deciſ.193.incip.ſi ab excōicatione,in nouis,dñt,
ꝙ ſi iudici,qui de cā cognoſcebat,per alium Audito-
rem Rotæ,cui cā appellationis fuit cōmiſſa,fuit inhi
bitum, & inhibitio fuit admiſſa,iudex poſt inhibitio-
nem non poteſt procedere, nec in cauſa amplius iu-
dicare, etiam ſi per appellantem tacitè, uel expreſsè
fuiſſet appellationi renunciatum: debet ergo recur-
ri ad iudicem inhibentem,ut ſuam inhibitionem re-
uocet ad hoc,ut ille, cui fuit inhibitum,poſſit proce-
7 dere, nam ipſe iudex, † qui inhibuit, debet de inhi-
bitione ſua cognoſcere, & non inferior, & maximè
ille,cui fuit inhibitum,ut habetur p Fede.de S
conſi.83.factum ſic ſe habet &c.do.Anto.&
c.cum teneamur in fin.de appel.& Deci.in c.
8 ſante,in ultima charta, de appel.Item† de ua
& inualiditate,ſeu de deuolutione, & non de
ne appellationis cognoſcit iudex ad quem,
Papa,uel eius commiſſarius, & non alius iude
rior,c.dilectus filius,il 2. de reſcrip.l.eos.C.de
c.ut noſtrum,c.ſolicitudinem, cum ibi not.c
bus, & c.ut debitus,de appel.& facit tex.in c.
teris,de reſcrip.¶ Secundum eſt dubium,an ap
tio pro parte dominæ Diamātis teneat,ex qu
& interpoſita fuit per procuratorem non hab
ſpāle mandatum, non ſequuta ratificatione
cem dies iuxta l. bonorum, ff.rem rat. hab.
ſtante ſtatuto Bononiæ imponente pœnam
tè appellanti. Ad hoc dubium breuiter reſpo
ꝙ hæc cognitio,an appellatio teneat,nec ne,
ctat ad do.Benedictum,ſed ad iudicem,ad qu
parte do.Diamantis appellatum fuit,& ſic ad
ſeu ad do. Auditorem Rotæ, cui cā fuit cōm
9 ſupra proximè dicta. Secundo reſpondeo,q
latio ſic interpoſita à procuratore etiam no
te ſpāle mādatum de iure ualuit,quia proc
lites generaliter datus, poſtquam manda
pit,cogitur,& tenetur appellare, ſed non
lationis proſequi abſq; ſpāli mādato,l. d
ibi not. C. de app. & eſt tex.in l.inuitus, c
de proc.& l.ſi procuratorem,§.ſi ignorant
10 cum infinitis ſimilibus. Nec † obſtat, ꝙ p
indebitè appellando poſſet facere dominu
re in pœnam, ueluti in prædicto ſtatuto ha
reſpondetur,ꝙ attenta hac ratione, ſequere
nunquam etiā de iure cōi procurator appel
ſet,niſi mandatum haberet ſpāle,quod tame
ſum, ut in iuribus proximè allegatis: ꝙ autē
quereretur,cōſtat,quia de iure cōi ſemper inde
pellans eſt puniendus, d. c.ut debitus, & l.e
temere,cum ſi.ibi no.C.de app.Præterea ſta
lud debet intelligi de eo,qui per ſe appellaret
per procuratorem per prædicta.Tertio dico il
tutum loqui, quando appellaretur indebitè
ſibus, in quibus de iure appellari non poſſet,
cus in caſibus, in quibus poſſet de iure ap
quia tunc appellans pœnam non incurreret
ſequenter procurator ſine ſpāli mandato
poſſet, & teneretur: ſed in caſu nr̄o de iure,
ma ſtatutorū poteſt in poſſeſſorijs appellar
procuratorem ſine ſpāli mandato appella
¶Tertium eſt dubium, an ſtante diſpōne
in tit.de app. & in concluſione ſtatutorū, po
tentijs iudicum,quibus cāæ per do. Guberna
miſſæ fuerunt,ad Papam appellari omiſſo me
ſtatuta ciuitatis Bononiæ generaliter fuerint
apoſtolica confirmata, dummodo non ſint c
bertatem eccleſiæ: Ad quod dubium reſpon
non obſtante prædictorum ſtatutorum diſpo
11 pōt ad Papā omiſſo medio appellari,qm̄ † ho
iure tritum,de accidentalibus appellationis
appelletur gradatim,& non omiſſo medio,
laretur ad Papam, ad quem poteſt à quolibet
immediatè appellari, d. c. ſi duobus, & c.dilec
cum ibi not.de appel.& c. ad Romanam, 2. q.
12 † poteſt appellari omiſſo medio, ſtante con
ne,c.Romana,§.1.de appel.in 6.not.in c.2.de
tud.in 6.c.de referente,de præben. & c.ſignif
13 de noui oper.nunciatio. Quinimmo † ſtatut
quod induceretur nō poſſe appellari omiſſo
non ualeret, etiam ſi eſſet iuramento firm
quia eſſet contra ius ſuperioritatis, & contra

tem eccleſiaſticam, c.ueniẽtes, de iureiur.& ibi doc. & d.c.ad Romanã. Nec obſtat, ꝙ † ſtatuta Bononien
4 ſia fuerint à ſede apoſtolica generaliter confirmata, quia per hanc confirmationem non dicuntur confirmata illa ſtatuta, per quæ ius ſuperioritatis minueretur, d. c. ueniẽtes: ſed ꝙ non poſſit ad Papam omiſſo medio appellari, eſſet contra ius ſuperioritatis Papę, & ideò tale ſtatutũ nõ ualeret, d.c.ueniẽtes, ergo &c. Præterea cõfirmatio ſtatutorum generaliter facta dicitur facta, dummodo ſtatuta non ſint contra libertatem eccleſiæ, ſed ſi ſtatuta huiuſmodi comprehẽderẽt caſum, quando ad Papam appellaretur, uidelicet ꝙ ad eum nõ poſſit omiſſo medio appellari, hoc eẽt contra libertatẽ eccleſiæ d.c.ad Romanam, & d.c.ueniẽtes, ergo dicta ſtatuta non cẽſentur quoad hunc caſum confirmata, & ꝯñr poteſt ad Papã, omiſſo medio, appellari. ¶ Vltimum dubium eſt, an dicatur receſſum ab appellatione interpoſita ad Papam, ex quo appellans alium iudicem inferiorẽ ſuper ijſdẽ rebus adiuit iuxta tex. in c.ſollicitudinẽ, cum ſi. allegatis ibi in gl. in uer. renunciaſſe, de app. Cui dubio reſpõdet, ꝙ in caſu noſtro non dicitur appellationi renũciatũ, nec ab ea receſſum, quia domina Diamantes ultimo loco agẽdo poſſeſſorio ſuper bonis ſuis propriis, & quæ non fuerunt Veſpaſiani, coram Illuſtriſſimo domino, non dicitur eundẽ iudicem ſuper eiſdẽ bonis, & rebus adiuiſſe, ſed ſuper diuerſis, nam ipſa primo egit poſſeſſorio ſuper bonis hæreditatis Veſpaſiani, & ſuper illis appellatio pẽdet, ſeu ad Papã fuit appellatum, ueluti in ſentẽtia lata per do. Nicolaum Auditorem, & in appellatione per do. Diamantem à dicta ſentẽtia interpoſita expreſsè apparet. Poſt appellationem autem ipſa domina Diamantes coram Illuſtriſſimo do. Gubernatore mouit litẽ ſup bonis propriis ipſius agẽdo poſſeſſorio cum allegatione dominii, ſeu tituli ad iuſtificationẽ ſuæ poſſeſſionis. Et hæc inter ſe non repugnant, agere ſæpius poſſeſſorio retinẽdæ reſpectu diuerſarum rerum, argumẽto eorũ, quæ habẽtur per Abb. in c.fi. de ord. cognit. & in c.cum dilectus, de cau. poſ. & proprie. Præterea ex quo ultimo loco per dominam Diamantẽ litigatum fuit coram do. Gubernatore ſuper quibuſdam aliis bonis, & non ſuper bonis prius petitis, & ſuper quibus fuit ad ſedẽ apoſtolicam appellatum, ſi ob hoc diceretur appellationi renunciatum, deberet dici ſolum renunciatũ quoad bona, ſuper quibus do. Diamantes ultimo loco coram do. Gubernatore litigauit, non autẽ quoad omnia bona Veſpaſiani, ſuper quibus appellatio pendet, argumento d. c. ſolicitudinem. Præterea & melius an dicatur appellationi renunciatũ, & ſic an cauſa appellationis adhuc coram Papa, uel eius delegato pendeat, infe rior, hoc eſt ordinarius loci, ſeu eius delegatus, cognoſcere non põt, ſed hoc ad Papã, uel eius delegatum pertinet per ſupradicta, & c. dilectus, il 2. de reſcript. & d.c. ſolicitudinem. Non põt etiã dici per do. Diamantẽ renunciatum appellationi ad Papam interpoſitę, litigando poſt appellationẽ interpoſitã coram dom. Gubernatore, ſeu domino Nicolao eius auditore ſuper quibuſdã bonis mobilibus, qm̃ ſuper hmõi bonis mobilibus cã appellationis non pendebat, ſed ſolum ſuper bonis immobilibus hæreditatis Veſpaſiani, ut in primo, & ſecundo libello dominæ Diamantis conſtat: & ſic prius fuit litigatum ſuper immobilibus, & ſuper illis fuit ad Papam appellatum, deinde domina Leonoria, & illi de Volta traxerũt ad iudicium coram alio iudice dominam Diamantem ſuper bonis quibuſdam mobilibus, quæ ſe
25 defendendo comparuit. Et † ideo ſi ex hoc pro aliqua parte dicetur appellationi renunciatum, dicetur ab illis de Volta renunciatum, dict. capitu. ſolicitudinem, & non à domina Diamante, quæ ſe defendendo comparuit, & propterea excuſatur, argumento c.cum inter, cum ſimilibus, de exceptio. Et ex his dubia propoſita remanent reſoluta ad fauorẽ dominæ Diamantis, ex quibus omnino concluditur dominum Benedictum aſſertum iudicem commiſſarium non poſſe de cauſa appellationis dominæ Diamantis cognoſcere, quia per inhibitionem ſibi factã, quam admiſit, ſibi ipſi manus ligauit, ut ex prædictis infertur. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Inſtantia cauſæ nedum prima, ſed etiam appellationis non poteſt à iudice etiam de conſenſu partium prorogari, ſed ſolũ ſuſpendi.*

2 *Et multo minus abſque conſenſu utriuſque partis.*

3 *Inſtantia cauſæ appellationis propter impedimentum prouenięns à facto appellati non currit. Et quomodo factum, et culpa appellati conſideretur.*

4 *Pęna conuentionalis extra iudicium promiſſa quomodo, & quatenus exigi poſſit.*

5 *Conductor contra quem locator ad rei reſtitutionem agit, quando exceptionem dominij opponere, & locationem eſſe nullam prętextu ſui dominij dicere poſſit, & quando non, & nu. 12.*

6 *Remedium l. ſiquis conductionis, C. locati, quando detur directum, & quando utile.*

7 *Dominium an, & quando ex poſſeſſione probetur, & quid in iudicio rei uendicationis ex poſſeſſione longiſſimi temporis.*

8 *Quid ſi cũ poſſeſſione longiſſima cõcurreret fama publica antiqua. Dominium per famam publicam in antiquis probari quomodo ſit uerum.*

9 *Fama, & uox publica per teſtes quomodo, & quando probetur.*

10 *Dominium non probatur ex probatione poſſeſſionis aliquandiu continuatæ tanquam à domino etiam cum fama publica uiciniæ, & quando hoc ſit uerum.*

11 *Idem, ſiquis probaret patrem ſuum rem, quam uult uendicare, poſſediſſe, donec uixit, & fuiſſe pro domino publicè, communiter, & notoriè habitum, & reputatum.*

E P I T O M E.

INSTANTIAM cauſæ appellationis non cucurriſſe, nec peremptam eſſe, quando ſuper aliquo articulo incidenter culpa appellati diu litigatum fuiſſet.

Et an, & quando conductor contra locatorem ad rei reſtitutionem agentem poſſit de dominio excipere, & dominij probatio quomodo fiat, hic habetur.

CONSILIVM CXV.

IN cauſa appellationis pendente coram M. D. Capitaneo Serozanæ inter Petrũ Franciſcum de Sancto Terentio appellantem ex una, & Ioannem Antonium Varelli appellatum ex alia, in qua dubitatur, an inſtantia appellationis ex lapſu fatalium ſit perempta, & caſu quo illa de iure non ſit perempta, petitur declarari, quæ nam debeant eſſe partes iudicis ad quem in iudicando ſuper meritis cauſæ. Viſis literis dicti domini Capitanei mihi ſuper exhibitione cõſilij redditis, inſpectiſq; omnibus ſcripturis ambarum partium factis tam in prima inſtantia coram conſulibus Caſtri noui, quàm in cauſa appellationis coram præfato domino Capitaneo, & diligenter conſideratis dictis teſtium pro parte dicti Ioannis Antonij examinatorum, ac allegationibus aduocatorum utriuſque partis tàm ſuper peremptione inſtantiæ, quàm ſuper meritis cauſæ editis, abſq; multiloquio, & omiſſa longa dſputatione, Deum ſolum præ oculis habendo, cõſultus quid iuris eſſe ſentiam, exponam. Et in primis de iure cõcludendum eſſe exiſtimo, ꝙ inſtantia cauſæ appellationis non dicatur eſſe perempta, ſed adhuc durare non ex prorogatione facta à iudice per totum mẽſem Martij, ut in actis, qa de iure talis prorogatio etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN